



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

229. Christus omnes oneratos ad se vocat; jugum enim suum esse suave.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

erit in die iudicij, quàm tibi. *Matth. 11. v. 23. & 24.*

MEDITATIO CCXXVIII.

*Didagma XXXIV. Christi confessio
ad diuinum Patrem.*

I. In ipsa hora exultavit Iesus Spiritu sancto, & dixit: *Luc. 10. v. 21.* Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. *Matth. 11. v. 25. Luc. 10. v. 21.*

II. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. *Matth. 11. v. 26. Luc. 10. v. 21.*

III. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi filius, & cui voluerit, filius revelare. *Mat. 11. v. 27. Luc. 10. v. 22.*

IV. Et conversus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt. *Luc. 10. v. 23. & 24.*

MEDITATIO CCXXIX.

Didagma XXXV. Christus omnes oneratos ad se vocat; iugum enim suum esse suave.

I. Ve-